UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sanctis Eleutherio [et] alijs innummerabilib[us] martyrib[us]. Cap[itulum]. xiiij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70797

Visual Library

nelatur: eiqꝫ vt ſancti corpori veſtimenta ad ſepeliendum mitteret: mandatur: quod ⁊ illa feſtinanter adimplere curauit: in quibus vir ſanctus inuolutus ſepultus fuit.

¶ De ſancto Piatore martyre. Cap. xi.

Piator martyr apud tornacenſe oppidũ paſſus eſt: qui cum beato dionyſio epo ſuiſqꝫ ſocijs ab vrbe roma egreſſus: galliã predicatiõis cauſa expetijt: ⁊ ab eodẽ preſbyter ordinatus fuit. Atqꝫ poſtmodũ pro confeſſione nõis xp̄i conſumato martyrio ad dñm migrauit kalen. octobris: vt ait ado.

¶ De tranſlatione ſancti Germani. Cap. xij.

Tranſlatio corporis ſancti germani antiſiodorẽſis epi apud eandem ciuitatẽ colitur kalẽdis octobris: quo vicꝫ die corpus eius de rauẽna tranſlatũ: vbi in pace dormierat: antiſiodorꝫ delatuꝫ eſt: quod regina placida ad galliam vt eidem in extremis argenti promiſerat deſtinauit: vt ſupra dictum eſt in eius legenda pridie kalẽdas auguſti. ¶ Cum autem beatus germanus per ciuitatem vercellenſem tranſiens: euſebio epiſcopo ꝓmiſiſſet: ꝙ in reditu eius rauennã pergentis eccleſiam: quam ille fundauerat dedicaret. audiens euſebius ꝙ germanus defunctus eſſet: eccleſiam conſecraturus cereos accendi fecit. Sed quanto plus accendebãtur: eo amplius extinguebantur. Quod videns euſebius intellexit eccleſiam alio tempore dedicandam. Cum ergo corpus ſancti germani quod ad gallias tranſferebatur: vercellas delatum eſſet: mox vt in eccleſiam ipſam inducitur: cerei omnes diuinitus inflãmãtur. Tunc euſebius promiſſionis memor intellexit: vtqꝫ quod germanus viuens ſe facturũ promiſerat: mortuus adimplebat. Sicqꝫ tali dedicatione contentus eccleſiam dimiſit. Et corpus ad eccleſiam ſuam delatum ibidem honorifice conditum eſt.

¶ De ſanctis Leodegario epiſcopo ⁊ Gerino martyribus. Cap. xiij.

Leodegarius epus et gerinus martyres apud eduenſem ciuitatem paſſi ſunt tpe childerici regis francorũ. Qui leodegarius dum eſſet epus eduenſis clothario rege decedẽte: voluntate dei ⁊ principũ conſilio childericũ fratrẽ clotharij adoleſcentẽ idoneũ prefecit in regem. Hebronius ṽo maior domus regie theodoricuꝫ childerici germanũ preficere nitebatꝛ: non propter regni cõmodũ: ſed qꝛ oĩbus odioſus iram regis ⁊ principũ verebatur. Timens igitur regẽ hebronius: licentia obtenta monaſteriũ introiuit. Rex ṽo theodoricũ: ne contra regnum moliretur in cuſtodia detinebat: ⁊ prudentia epiſcopi oẽs populi pace gaudebant. ¶ Sed poſt aliquod tp̄s: rex malignorũ conſilio in tantum in leodegari odiũ incitatur: ꝙ opportunitatem mortis eius inquirebat. Epiſcopus ṽo blande ferens: et inimicos vt amicos amplectens: egit cum rege: vt in vrbe: cui preerat: die paſche celebraret: ⁊ cũ eodẽ in menſa cõmunicaret. At ṽo cum audiſſet: ꝙ rex eius mortẽ perficere decreuiſſet: ſic perſecutorem perfugit: ꝙ in luxouienſi monaſterio dño ſeruiens etiã hebronio: q̄ in ipſo cenobio: in monaſtico habitu latitabat: deuote ſeruiuit. ¶ Poſt modicũ rex moritur ⁊ theodoricus in regẽ ſublimatꝛ. Leodegarius ṽo populi ſui lachrymis ⁊ precibus motus: ⁊ abbatis imperio compulſus: ad ſedem ſuaꝫ redijt. Hebronius quoqꝫ ſtatim apoſtatauit: ⁊ regis ſeneſchalcus eſt ordinatus. Qui deterior effectus leodegariũ occidere nitebatur. Miſſis igitꝛ militibꝰ eũ cepit. Qui in habitu pontificali detentus: ab eiſdem exoculatus eſt: ſicqꝫ dimiſſus. Poſt bienniũ ṽo ſanctus leodegarius cũ fratre ſuo gerino queꝫ hebronius relegauerat: in palatiũ regis adductus: dum ad irriſiones hebronij ſapiẽter ⁊ pacifice reſponderet: nequiſſimꝰ ille iuſſit gerinũ lapidibus obrui: epiſcopũ ṽo tota die nudis pedibus per quendã fluuiũ ſuper acutiſſimos lapides decurrentẽ deduci. Et audiens ꝙ in his tormẽtis deum laudaret linguam eius preſcidi fecit: et poſtmodum cuidam cuſtodi tradidit. Ille autem vſum loquendi non amittens predicationi populorũ inſtabat: predicẽs quomodo ⁊ qualiter hebronius moriturus erat. Lux etiã immenſa in modum corone eum circundedit. Quod hebronius audiens: miſſis quattuor ſpiculatoribus eum decollari mandauit. Quorum tres verba eius pacifica audientes: adeo ſunt compũcti: ꝙ ad pedes eius procidentes veniã poſtulabant. Quartus ṽo cum eum decollaſſet a demonio arripitꝛ et in ignẽ proiectus exuritꝛ. ¶ Expleto biennio audiuit hebronius corpus ſancti miraculis illuſtrari: ⁊ inuidens miſit militem ad videndũ ſi ſic veritas ſe haberet. Qui veniens ⁊ ſanctũ corpus deridens: ac tumbam calce percutiens ſtatim a demonio inuaſus expirauit. Deinde hebronius ſm̄ ꝙ ſanctus predixerat: gladio nequiter occiſus eſt. Paſſio horum martyrũ agitur. vi. nõn. octobris. Qui paſſi ſunt circa annũ dñi. cccccclxxx.

¶ De ſanctis Eleutherio ⁊ alijs innumerabilibꝰ martyribꝰ. Cap. xiiij.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Eleutherius martyr ⁊ aliȷ̄ inumerabiles martyres apud nicomediā ſub diocletiano imparatore: hui⁹ occaſione paſſi ſunt. Cōtigit em̄ aliquā partē palatiȷ̄ incendio cōflagrare. Hoc imperator a xp̄ianis factū falſa ſuſpitione p̄ſumens iubet omnes collectos coaceruari: ⁊ alios gladiȷ̄s obtrūcari: alios ignib⁹ cōſumi. Quorum por ⁊ nobilior eleutherius ceteros hortabaẗ: itavt coꝝ aliq̄ ſe ſpōte ignib⁹ traderēt: aliȷ̄ vo ſe vltro gladiȷ̄s offerrent. Et cū etiā ipſos miniſtros nimia crudelitas horreſceret: partē illoꝝ nauiculis īpoſitos in medio pelagi adductos in p̄fundū demergebant. Aliȷ̄ vo crudeliores quorundā martyrum effodientes cadauera in mare proȷ̄ciebant: ne forte dȷ̄ xp̄ianoꝝ efficerenẗ. Beatus vo eleutherius immaniſſimis tormētis cruciatus: victoriam ſuam per ignem velut auruꝫ examinatus cōpleuit. Cuius reliquias furtim chriſtiani quidam in ciuitate nicomedie condiderunt. Qui paſſi ſunt. vi. noñ. octobris.

¶ De ſanctis duobus Euandis p̄ſbyteris ⁊ martyribus. Cap̄. xv.

Euandus ⁊ alter euādus ābo p̄ſbyteri et martyres apud antiquos ſaxones paſſi ſunt. Qui cū vilebol do ep̄o veniētes germaniam tranſierūt ad ſaxoniā anno iuſtini imparatoris ſeptimo: quoꝝ vnus dicebaẗ euādus albus: ⁊ alius euandus niger. Et cū ibidē xp̄m predicarent: a paganis tenti ⁊ occiſi ſunt. Ad quorū corpa nocte diutius lux apparēs: ⁊ vbi eſſent: ⁊ cui⁹ eſſent: meriti declamauit: qui iuſſu pipini regis in agrippineñ colonia ſepulti ſunt. Paſſi ſunt aūt. v. noñ. octobris. Hec ado ⁊ ſigibert⁹.

¶ De ſancto Dionyſio epiſcopo et martyre. Cap̄. xvi.

Dionyſi⁹ epiſcopus ⁊ martyr apud athenas paſſ⁹ eſt. Qui poſt clariſſimā cōfeſſionem fidei: poſt grauiſſima tormentoꝝ genera glioſo martyrio coronatus eſt: vt teſtatur ariſtides atheniēſis vir fide ſapientiaq̄ʒ mirabilis: eo videlicet tempore quo de chriſtiana fide librum compoſuit: qui paſſus eſt quinto noñ. octobris: vt ait ado in ſuo martylogio.

¶ De ſanctis Criſpo et Caio diſcipulis. Cap̄. xvij.

Criſpus ⁊ caius diſcipuli apud corinthum claruerunt: quos ad corinthios ep̄la prima ad principiū ap̄ls ſe ſcribit baptizaſſe. Huius etiaꝫ caȷ̄ meminit ideꝫ ap̄lus ad Roñ. xiiij. ⁊ eidē iohānes tertiā ep̄lam ſcribit: vt dicit glo. Roñ. xiiij. Criſpus aūt ille eſt: de quo Actuū. xviij. cap̄. mentio fit: qui ambo apud corinthū quieuerūt. iiij. noñ. octobris: ⁊ coꝝ corpora ibidē tumulata ſeruanẗ. Hec ado.

¶ De ſancto Franciſco confeſſore ordinis minorum. Cap̄. xviij.

Frāciſcus ordinis minorū dux et fundator prim⁹ in ciuitate aſſiſiȷ̄ ort⁹: fili⁹ petri bernardonis negociator effectus vſq̄ʒ ad vigeſimum etatis ſue annū tēpus ſuū vane viuendo cōſumpſit: quē domin⁹ infirmitatis flagello corripuit: ac in virum alium ſubito tranſmutauit: ita ꝙ iā ſpiritu prophetico pollere cepit. Et romā tendens cauſa deuotionis veſtimenta ſua pauperibus tribuit: et iam paupertatis amator: pauperis veſtimenta induit: et ante eccleſiam ſancti petri inter pauperes ſedit: et cum eis velut vnus ex ipſis manducauit. Et ſimile ſepius feciſſet: niſi eum notorum verecundia impediſſet. ¶ Quendam leproſum obuiam habens in oſcula eius ruit: et ille poſt hec ſtatim diſparuit: quapropter ad leproſos properat: ⁊ eoruꝫ manus deoſculans pedeſq̄ʒ lauans: eiſdem pecuniam donat. ¶ Eccleſiā ſancti damiani orationis cauſa ingreditur: ⁊ imago crucifixi eum miraculoſe alloquitur: mandans vt ad domum ſuam reparandā accederet: que vt ipſe cernebat tota deſtruebatur. Ab ea ergo hora crucifixi cōpaſſio mirabiliter cordi eius infigitur. Inſtititq̄ʒ ſolicite eccleſie reparāde: ⁊ venditis omnibus cum pecuniam cuidā preſbytero daret: ⁊ ille eam timore parentū accipere formidaret coram ipſo illam proiecit: quapropter a patre ligatus ⁊ ceſus: eidem pecunia reſtituit: ac veſtem pariter reſignauit: ⁊ ſic nudus coram epiſcopo ciuitatis oīb⁹ibus paternis bonis renuncians ad dominū conualuit: et ſe cilicio induit. ¶ Quadā die cum audiret ea que dn̄s ad diſcipulos ſuos ad predicandū miſſos locutus eſt: ſtatim ad vniuerſa ad litterā ſeruāda ꝯſurgit. Soluit calciamētū de pedibus: tunica vna ſed vili induiẗ: et pro corrigia mutauit funiculum.